Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26228
Copyright: Admont, Benediktinerstift

72

illum heliam fuisse. misit ad eum quinqua[...]genarium prin
cipem. et l. qui erant sub eo. Qui ascendens ad eum in uertice mon
tis ait. Homo dei. rex precepit ut descendas. Respondensque helias
lias dixit. Si homo dei sum ego. descendat ignis de celo. et deuoret te
et quinquaginta tuos. Descendit que ignis de celo. et deuorauit eum. et l. qui
cum eo erant. Rursum misit ad eum principem quinquagenarium
alium. et l. cum eo. Qui similiter dixit. et nec dissimiliter contigit.
Iterum misit principem quinquagenarium tercium. et l. qui erant cum eo.
Qui cum uenisset. curuauit genua contra heliam. et precatus est eum dicens.
Homo dei noli despicere animam meam. et animam seruorum tuorum qui mecum sunt.
Ecce ignis de celo deuorauit duos principes quinquagenarios.
et qui cum ipsis erant. sed nunc obsecro ut miserearis anime mee.
Surrexit igitur helias ex precepto angeli. et descendit cum eo ad regem.
et dixit ei. Hec dicit dominus. Quia misisti nuntios ad consulendum
Beelzebub deum Accaron. quasi non esset deus in Israhel. a quo posses interrogare sermonem.
ideo de lecto super quem ascendisti non descendes. sed morte morieris. Mortuus est igitur iuxta
sermonem domini. quem locutus est helias. et regnauit ioram frater eius pro eo.
Cap. Consiliarius pater. et cetera. usque ad primum et secundum uelum. i.
usque ad primam et secundam eiusdem palatii cameram. Sed hoc non solum
suo. et cetera. usque moyses exemplo docuit. Illa tamen historia in qua legitur
quod postquam moyses ascendit in montem. et cetera ut supra. p. i. dist. xl v.
Cap. Non potest esse salubris. et cetera. usque per illud signum quod Ezechieli.
Illud tamen in quo legitur. quod cum esset ezechiel in chaldaica captiuita
te uidit per uisionem iudeos qui erant ierusalem ydolis immolantes.
Dictumque est ei. Uade interfice omnes. preter hos qui signum habent in
frontibus. a domo dei incipiens. Cap. Illud et scisscitari